



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 31. Fœderis articuli inter Franciæ & Angliæ Reges.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

arma ad nutum parata contra Hispa- Sæc. XVII.  
nos haberet. A.C. 1603.

## §. XXXI.

*Fæderis articuli inter Franciæ & An-  
gliæ Reges.*

Variis colloquiis ultro citroque habi- Daniel I. c.  
tis, tandem Franciæ Orator, cum  
Protestantium sectam in Galliis pro vi-  
ribus defensumiri polliceretur, cum Ja-  
cobo Angliæ Rege in hosce fœderis ar-  
ticulos convenit. I. Antiqua fœdera  
Gallos inter & Angliæ Reginam erecta  
innoventur, atque utriusque Principis  
opera Hispani sollicitentur, ut Hollan-  
dos tanquam subditos suos agnoscerent,  
nullamque eis vim inferrent, si vero id  
impetrari non posset, ambo Principes  
in Hollandorum opem, Galliæ Regis  
sumptibus alendos milites clam habeant  
paratos. II. Si vero vel Angliæ vel  
Franciæ Rex ab Hispanis invaderetur,  
quibus alterutri militum, navium, au-  
rique subsidiis præsto esset. III. Rex  
Angliæ una classe ad Indos naviget,  
altera Hispaniæ oras invadat. IV. Neu-  
ter altero invito vel inscio pacem ineat.  
V. Hæc pacta, quibus vim illatam re-  
pellendi societas promittitur, publici  
juris fieri possunt, secreta autem tenenda,  
quæ de vi Hispanis inferenda fuere

T 4

con-

*Thuan. I. 129.*

Sæc. XVII. concluia. His additum, quod ex his  
 A. C. 1603. duobus Regibus, qui prius decedent  
 superstes erit, defuncti viduam, libe  
 ros, regnumque suæ curæ commis  
 ter, atque adversus hostes defende  
 ret. Hos articulos, quos Bethunus  
 Villariam deferebat, Henricus Re  
 more suo chirographo, Regioque sign  
 lo munitos ad Bellomontium suum in  
 Angliæ Regis aula Oratorem tran  
 misit, quibus pariter Jacobus haud cu  
 etanter subscripserat, ac juxta hæc paci  
 quantocius sex armatorum millia Oster  
 dam decrevit, nequicquam conquerente  
 Tassio Comite Hispaniæ Regis Legato

## §. XXXII.

*Congregationes de Auxiliis coram  
Papa continuatæ.*

*Serry Hist.* **C**um omnes Molinæ propositiones cum  
*Congr. l. 3.* Casiano convenire, a Censoribus  
*cap. 19.* arguerentur, atque una omnes anni  
*Lwin. Meyer hist.* priori ad examen vocari haud possent  
*Controv. l. 5.* hoc anno die vigesima Januarii præfente  
*cap. 37.* ipso Clemente Papa, aliisque ad hoc ex  
 men deputatis in duabus Congregatio  
 nibus, binæ ejusdem Authoris prop  
 ositiones discutiebantur, quarum prima  
 hujus erat tenoris: *An circa Apostol*  
*verba 1. ad Cor. cap. 10. v. 13. eadem si*  
*expositio Molinæ ac Gassiani?* Altera si  
*expo-*